Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

retinere. Cibus enim mentis est sermo dei. Et quasi acceptus cibus stomacho
languente reicitur. quando auditus sermo in mente memorie non tenetur.
Sed quisquis alimenta non retinet. huius profecto uita desperatur. S. LVCAM.
In illo t. Cum turba plurima conueniret. et de ciuitatibus properarent
ad ihesum. dixit per similitudinem. Exiit qui seminat. seminare semen suum.
Et dum seminat. aliud cecidit secus uiam. et conculcatum est. et uolucres
celi comederunt illud. Et aliud cecidit super petram. et natum aruit.
quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas. et simul exorte
spine suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam. et ortum
fecit fructum centuplum. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audien
di audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius. que esset hec parabola. Quibus
ille dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni dei. ceteris autem in parabo
lis ut uidentes non uideant. et audientes non intelligant. Est autem hec
parabola. Semen est uerbum dei. Qui autem secus uiam sunt. hi sunt qui audiunt. de
inde uenit diabolus et tollit uerbum de corde eorum ne credentes sal
ui fiant. Nam qui supra petram. qui cum audierint cum gaudio suscipiunt
uerbum. Et hi radices non habent. quia ad tempus credunt et in tempore
temptationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit. hi sunt qui audierunt
et a sollicitudinibus et diuitiis et uoluptatibus uite euntes suffocantur.
et non referunt fructum. Quod autem in terram bonam. hi sunt qui in corde bono et
optimo audientes uerbum retinent. et fructum afferunt in pa
tientia. OR. Deus qui conspicis quia. AD LAUDES. A. Miserere mei Christe.
R. Ego dixi Domine. IN EV. Cum turba plurima conueniret ad ihesum et de
ciuitatibus properarent ad eum dixit per similitudinem exiit qui seminat semi
nare semen suum. Ad. i. A. Exiit qui seminat seminare semen suum et dum
seminat aliud cecidit in terram bonam et fecit fructum centuplum. Ad. iii.
A. Hec dicens clamabat qui habet aures audiendi audiat. Ad vi. A. Semen
cecidit in terram bonam et obtulit fructum aliud centesimum aliud sexage
simum. Ad ix. A. Semen cecidit in terram bonam et obtulit fructum in pati
entia. Ad V. A. Qui uerbum dei retinent corde perfecto et optimo fructum
afferunt in patientia. A. Vobis datum est nosse mysterium regni dei cete
ris autem in parabolis dixit ihesus discipulis suis. A. Si uere fratres diuites esse
cupitis ueras diuitias amate. A. Si culmen ueri honoris queritis ad illam